



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10259**

De S. Gertrude virgine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

dentque illum extensum iacere, riuumque terti sanguinis per paumētum. Allata protinus aqua, refocillatus est, & post pusillum sanus surrexit, ac permanit incolmis. Huius opus virtutis recte vtriusque ascribi debet meritis. Cæterum à beati præfulis transitu, intra paucorum dierum decursus, viti pariter & mulieres fermè quadraginta quinque diuersis in commodis liberati sunt ad sepulcrum eius gloriosum, laudantes nomen Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

VITA S. GERTRUDIS ILLVSTRISSIMÆ  
VIRGINIS, CONSCRIPTA AB AVTHORE QVIDEM  
anonymo, sed qui testetur eas scribere, quæ partim ipse viderit, partim ab idoneis  
testibus auditione acceperit. Porro stylus in gratiam lectoris mu-  
tatus est per F. Laur. Surium.

## P R O L O G V S.

Ancta ac indiuidua persuasi charitate credimus, & stabili  
atque inconcussa fide tenemus, ijs, qui iter illud, quod ad cœ-  
lestem perducit patriam, ingredi, cunctaque huius labentis  
seculi lucra & emolumenta abijcere cupiunt, ad aeterna illa  
capessenda præmia impendiò hoc adminiculari, si res ge-  
stas sanctorum vtriusque sexus hominum, ad aliorum pro-  
fectum & ædificationem, vel breuiter, at bona tamen fide,  
sue scribendo, sue concionando commemoremus? vii  
illorum exempla pectorum nostrorum tenebras flamma  
feruentis amoris & ardore sancte compunctionis illustrent.  
Atque hanc ob rem, adiuuante nos omnium opifice sancto  
Spiritu, de vita beatissimæ virginis Christi Gertrudis, eiusque conuersatione, qua secundum Deum & monasticam disciplinam, dum esset in humanis, regulariter vixit: ad ex-  
emplum sanctæ familij Christi, ea iam scribere aggrediar, quæ vel ipse meis vidi oculis,  
vel à testibus idoneis & fide dignis accepi? maximè id à me poscente sacra virgine &  
Abbatis Dominicana, sanctaque Niualensis coenobij, cui Gertrudis beatissima pra-  
fuit, congregatione.

## N A R R A T I O.

17. Martij.

\* Itanæ



Puella Ger-  
trudis re-  
spicit nobis  
adole-  
lescentis  
coniugium.

Pipinus pa-  
ter S. Gertru-  
dis obit.

T quidem, quod ad illius genus & familiam attinet, longum est ea  
hic recensere? præserim cùm in tota Europa apud omnes peruv-  
gata sint clarissimæ stirpis huius & loca & nomina. Ad alia igitur ac-  
cedamus: Cùm in paternis ædibus versaretur sacra puella Gertru-  
dis, ad pedes beatæ memorie parentis sua. Itæ, die ac nocte verbi  
Dei sapientiam meditabatur, Deoque chara & hominibus grata ac  
amabilis, coætaneas suas longè antebat. Fuit verò hoc primum illi-  
us in Christi seruio initium, quem admodum ab homine veraci & iusto, qui præfens il-  
lic aderat, cognoui: Cùm pater illius Pipinus regem Dagobertum in suas ædes ad  
splendidas epulas inuitasset, quidam eò adolescentis aduenit, filius ducis Austrasiorum,  
is que tum à rege, tum à parentibus S. Gertrudis eam sibi coniugem dari petiit, suam il-  
lis, vt est seculi huius more comparatum, vicissim amicitiam & studium promittens. Et  
regi quidem iucundus suit hic sermo, hortabaturque patrem puellæ, vt ad ipsius con-  
spectum puella vñà cum matre adduceretur. Venerunt illæ, tametsi ignorant, quam  
ob causam rex illas acciri voluisset: inter edendum autem cùm ex puella rex sciscitare-  
tur, num illum adolescentem auro fulgentem & sericis comptum vestibus, veller ha-  
bere sponsum, illa indignabunda, etiam adhibito iure iurando, respondit? Ego neque  
hunc, neque quenius alium mortalem hominem, sed Christum Deum ac Dominum  
meum volo sponsum habere. Quæ cùm audiuisset rex & proceres eius, stupebant ad  
tam teneræ puelle sermonem, diuino vtique instinctu prolatum? porro adolescentis pu-  
defactus, recepsit cum indignatione. At illo posthabito, sancta Dei puella ad matrem se  
contulit.

Ab illo autem die animaduerterunt parentes eius, regi illam non mediocriter cha-  
ram esse. Elapsis inde annis quatuordecim, Pipinus vita functus est. Tum verò matri vi-  
duæ

duæ Gertrudis sedula adhærebat, eiusq; iussis officiōs, sobriè & castè inserviebat. Cùm verò mater eius quotidianas suscipere curas & cogitationes de familia & filia orba Gertrude, vir Dei Amandus Episcopus ad eius venit ad eam, verbum Dei prædicans: Rogauit autem eam, vt sibi & filia, Christique familiæ cœnobium construeret. Postquam igitur à sancto Episcopo rem ad animarum salutem pertinentem didicit, mox sacro accepto velamine, facultates suas omnes, sequē Deo obtulit. Res ea malè habebat antiquum humani generis hostem diabolum, qui ab initio semper pios omnes stimulante inuidia, infestatus est. Itaque incitauit quorundam animos in illam, idque adeò, vt ab illico, qui ad exequendam Dei voluntatem adiutores se ei præbere debuerant, nō parūm molestia patretur, immò multas perferret iniurias, multa afficeretur ignominia, & rebus necessarijs priuaretur vna cum sancta Gertrude filia sua. Quæ quidem si nos singulatum commemorare velimus, nimiū prolixī futuri sumus. Quanta verò eius animi fuerit erga Deum deuotio, quād diuinis flagrārit desiderijs, sequentia declarabunt.

Nè enim animorum corruptores, Dei famulam Gertrudem ad illecebrosas huius mundi voluptates vi adhibita pertraherent, arrepta forfice, capillos eius ita abscidit, vt <sup>Ita mater</sup> S. Gertrudis coronæ similitudinem referre viderentur. Interim latabatur sancta Gertrudis, & gratia <sup>à matre tō-</sup> as agebat Deo, quòd in hac vita momentanea pro Christi amore coronam in capite <sup>decur.</sup> suo repræsentare meruit, vt in illa vita sempiterna coronam perpetuam ob corporis & animæ integritatem digna esset percipere. Praeslitit autem Deus eis pacem ab aduersarijs, & pars diaboli vieta est. Deinde verò mater eius Christi sacerdotibus eam tradidit, à quibus cum sodalibus sacram acciperet velamen, eamque toti illi sanctorum nati congregati voluit esse præfectam. Erat enim sancta virgo Gertrudis magna moraliter continentia prædicta, mente sobria, verbis & sermone moderata, à matre senilem Catalogus virtutum S. Gertrudis iam moribus præse ferens. Feruebat amore Christi sponsi sui, vultu pulchra, sed pulchrior mente, castitate integræ, larga elemosynis, ieiunijs & orationibus dedita, pauperum & peregrinorum sollicitè curam gerens, erga senes quidem & agros humana & pia, porrò imbenibus strenuum se exhibens erga res diuinæ. Atque hoc pacto, summo studio creditum sibi officium exequebatur. Porrò per nuncios suos, boni testimoniij viros, tum Sanctorum patrocinia, tum facros codices ab vrbe Roma & regionibus transmarinis, gñaros quoquè homines, qui diuinæ legis cantica, sibi suisque meditanda, interpretarentur, meruit obtinere.

Ceterum mater eius Ita, rebus his ad hunc modum compositis, plena iam diem <sup>Ita mori-</sup> rum, cùm etiam nepotes suos vidisset, non minor annis 60. ab obitu mariti sui Pipini anno 12. Deo & sanctis angelis spiritum suum commendans, migravit ad Dominum, atque in Niuellensi monasterio sub B. Petri Apostolitegmine honorificè tumulata est. Cùm aurem matre defuncta S. Gertrudis totum regiminis pondus in se solam recepisset, cogitabat secum de rerum calefium contemplatione, cupiebatque sine rerum temporaliū strepitū illi vni vacare. Itaque foris quidem bonis & fidelibus fratribus, intus verò, id est, intra monasterij septa spiritalibus fororibus rei familiaris curam demandabat, vt posset ipsa liberius die ac nocte in sancto agone persistere, & vigilando, orando, sacris incumbendo lectionibus & ieiunijs aduersus spiritales nequitias dimicare. Et hac quidem ratione coulquè progressa est, vt penè omnem scripturam diuinam memoriarum commendārit, & obscura allegoriæ mysteria, sancto renelante spiritu, luculenter auditibus explanārit. Extrubat verò etiam diuorum templorum aliaque egregia aedificia, similque orphanis, viduis, captiuis, peregrinis & clericis vietum quotidianum liberaliter subministrabat. Minime verò hoc loco id prætermittendum arbitramur, quod ipsa nobis veluti terrore correpta retulit; Cùm ad altare S. Sixti martyris orationis causa afflueret, vidit super se descendente sphæram igneam sanè luculentam, adeò vt tota basilica eius splendore irradiaretur dimidiæ fermè horæ spatio, quæ sensim dispârens, eo Vides hinc authore historiæ huius S. Gertrudis aquale fuisse.

Ablegauerat quandoquæ nonnullos pro sui cœnobij utilitate. At illi cùm iam mare nauigarent, in præsens vita discrimen coniecti sunt. Tum illi in S. Gertrudis memoria rediit, periculum omne euaserunt. Primò quidem illi tranquillum sensere perlegit? deinde autem procul consciunt quasi nauim quandam miræ vastitatis, à late- read ipsos accedentem? cumque ad illos appropinquasset, ingens orta tempestas est, & seruescens mare, horrendis agitatibus fluctibus. Ecce autem immanis quedam & terribilis bellua ab illis conspicitur, non quidem tota, sed solo dorso è mari eminentis.

Ea re perterriti nautæ, & iam salutem omnem desperatæ, falsis dijs vota nuncupârunt. Porro illi, quos S. Gertrudis miserat, nomen Christi inuocantes, putabant se iam ad supremam huius vita horam peruenisse: *vñusq[ue] ex illis exclamauit*: Gertrudis, adiuua  
mea! Iustitia! Consilio! id illo tempore dicor, certus una pelagi petinuit & illi cum

Liberantur nos, vt pollicita es. Cumque id ille tertio diceret, cetus ima pelagi petuit; & illi cum quidam a mortis periculo. Christus precibus S. Gertrudis pauperes suos a prætentissimo mortis periculo liberavit. Hac quidem nos ab illo habemus, qui præsens interfuit. Cum porrò aliquot fluxi-

sent anni, & sacrum sanctæ virginis corpusculum, multa abstinentia multisque vigilijs

**Abdicat se  
Abbatissæ  
ministerio.** attenuatum, acri insuper ægritudine fatigaretur; Domino reuelante diuidit propea-  
esse suam è corpore migrationem. Itaque ex consilio seruorum & ancilarum Dei, Ab-  
batissæ honore & officio sece Christi amore abdicans, quantum quidem ad rerum ex-  
ternarum curam attinet, neptem suam Vuiflestrudem, quæ ab ipsis propè incunabulis

ternarii cuiusdam attinet, neptini etiam vniuersitatem, quae ipsa propter suam apud ipsam ad monastica regulae præscriptum educata, & sacris literis imbuta fuerat, suo loco inuitam coegerit Abbatissæ ministerium exercere. Agebat tum Deo sacra puerilla Vuulfetrudis viceclimatum etatis annum, antiquo Francorum stemmate prognata,

Erat illa quoquè eleganti forma, familiā chara; lenis erga subditos, rigida superbis, lauis eloquio, & Dei proximique amore feraus, corporisque integritate conspicua. Efficerat autem pater eius, qui eam dolebat id vitæ genus complexam, ut reges & reginae, inter quæ antipotes diaboloi id inuidia agente, primò quidem blanda persuasione, deinde

itemque antilites, diabolus illud inuidia agente, primo quidem branda percutientibus, deinde  
vero etiam vi eam è cœnobio extrahere niterentur; res cœnobij illius, cui sancta virgo  
præterea, sibi scelerate vendicantes. Sed Domini misericordia & sanctorum precibus  
munita, omnes suos aduersarios, Christo, cui se deuouerat, adiuuante & mirabiliter fu-

Peravit. Tantam enim illi gratiam Christus contulit, ut qui prius, prava inflammati cupiditate, eius accusatores & facultatum monasterij directores fuerant, multa in eam vi liberalitate, eius extiterint defensores, omnesque sacra ades praecclare instauratae essent.

**Luc. 6.** sint. A suscep<sup>t</sup>a autem Abbatiflā functione anno vndecimo, diebus amplius quinquaginta morbo compellente decumbens; solito nihilo minus more largas elemosynas in pauperes & inopes conferebat. Tandem omnibus, vt sacram monet euangelium, debita remittens & ab omnibus pacem ac benedictionem recipiens, cūm inter religio-

debita remittens, & ab omnibus pacem in beatis cœli in recipiens, cuius etiam regas  
osas Dei ancillas fide & spe in Christum munita vixisset, anno octagesimo triplum  
tum Domino reddidit spiritum, nono Calendis Decembris, atque in B. Petri Apostoli  
basilica summo studio in sepulcro marmoreo condita est. Sed his obiter commemo-  
ratis, eò, vnde sumus digredi, reuertamur.

\* trimestri Itaque beatissima Gertrudis, posteaquam se Abbatisæ administratione abdicavit, \* triennij fere spatio perpetuis vacabat precibus & sacriss exhortationibus,<sup>1</sup> Deiq; verbum tuum sibi nunca cura creditis annunciare non desistit. Erat interim spe gaudens,

Spirat ad cælestem patriam. *Si enim tuum est regnum, non dicimus quod tu es deus, sed quod tu es filius dei.* *Quia enim tuum est regnum, non dicimus quod tu es deus, sed quod tu es filius dei.*

quotidie transibat ad cælestia, continuis precibus & abstinentiæ afflictioni singulariter addicta. Et licet tenero esset corpusculo, at tamen asperis illud ciliicis macerabat, nihil sibi in hac vita refrigerij aut laxamentorum indulgens, ut posset illic beatissima frui quiete, ut in alijs habitum est, nempe in regno celorum. Cum autem ad supremum via

**Math.13.** vbi iusti fulgebunt sicut sol, nempe in regno cælorum. Cum autem ad iupremium via diem venisset, planè decreuit, nè quidquam omnino, id est, nullum neq; laneum neque lineum indumentum eius corpusculo adhiberetur, præter velum quoddam penè nullius precii, quod quadam peregrina sanctimonialis ante complures dies illi pro bene-

ius p[ro]cessu, quod[em] quicquid p[er]g[ra]m[er]et facilius fuit, natus ante comp[ar]atio[n]em. Quis illi p[er]dicitio[n]e miserat, ut illo caput eius tegeretur? porr[oc] in sepulcro cilicium poneretur? nec alio operamento se contegi voluit, nisi cilicio, quo erat induita, & panno veteri, quo cilicium illud tegebatur. Dicebat enim, superflua nihil neque viuentibus, neque mori-

Cum iam propè adest dies migrationis eius, vni ad se accito è fratribus dixit? Abi celeriter ad illum peregrinum monachum, qui Vltanus dicitur, degitque in monasterio eiusdem. Vltanus capellant discipulos illi (Vñgo Christi) Gerttu de misit me sciscita-

Fonsuenio rio, quod \* Volumnie appellant, dicasque illi: Virgo Christi Gertrudis multe me fecerunt ex te, quo sit die ab hac luce decepsura; valde enim se formidare dicit, pariterque latet. Porro ab illo auditurus es, quæ ad me responda referre debeas. Abi igitur nihil Vltanus pre hastans. Fecit ille, quod iussus erat: responditque ei seruus Christi Vltanus: Craftino

icit obitū  
S. Gertrudis  
dic intra Missarum solennia Christi virgo Gertrudis è corpore abscedet? dicas verò il-  
li, nè quicquam trepidet ad suū obitum, sed lata profiscatur, sancto Patritio episcopo

## DE S. GERTRVDE VIRGIN E.

305

cum beatissimis angelicis spiritibus cum ingenti gloria ipsam excepturo. Interrogante fratre, num haec diuinitus ipsi essent reuelata, ille respondit; I propere, certus illam cras Domino spiritum reddituram. Quid præterea ex me requiris? Abiit itaque frater, & omnia ordine enarravit sanctæ Gertrudi. Illa quasi è somno euigilans, gratias egit Deo, quod per seruum suum ipsam dignatus esset consolari: multumque illa promissione exhilarata, totam noctem cum fororibus in psalmis & precibus duxit insomnem? die autem postero qui erat Dominicus, horam circiter sextam, vt vir Dei prædixerat, sacramentum Christi corporis & sanguinis viaticum accepit: cumque sacerdos precem illam, quam Secretam vocant, absoluisset, anno etatis sua tricesimo tertio, 16. Calendas Aprilis, gratias agens piissimo creatori, quod à corporis corruptione alienam ipsam ad suum regnum vocare dignaretur, feliciter in Domino obdormiuit.

Sub obitum  
munit se Eu  
charistia.

Tum vero ego vna cum fratre Richino accessitus eò sum, ob sorores, eius mœrentes obitu, consolandas. Dixit autem ad me frater ille; Sentisne aliquid? Respondi; Nil equidem sentio, sed sorores video mœstissimas. Hoc cùm dixisse, suauissimus erupit odor, tanquam fragrantium vnguentorum, totam complens cellulam, vbi sacrum virginis corpusculum iacebat: inhalansque diu illa miri odoris suauitas nostris naribus, etiam posteaquam è cella digressi eramus. Impletis autem funeralis officijs, in cistella, quam ipsa olim sibi parauerat, à sacerdotibus & Christi ancillis cum diuinis laudibus sacrum beatissimæ virginis corpusculum honorificè conditum est: vbi quotidiè orantibus multa diuinitus præstantur beneficia. O nimium felices illos, qui in hoc seculo degentes, vitañ emulantur angelicam, & licet corpore agant inter homines, at mente & animis in illa æternitate figuntur, rerumque diuinarum & cælestium contemplatione perpetuò occupantur. Fecit hoc Christi famula Gertrudis, cuius vitam scribimus: nam tamen corpore verfatur inter homines, & famulorum familiarumque Christi esset moderatrix, qui eius ditione continebantur: at tamen interna & sempiterna vita cogitationem & studium nunquam abieciit, nihilque de statu reëtudinis sue, nihil de morum grauitate, nihil de disciplina regularis fœteritate remisit. Itaque hoc apud omnipotentem Dominum promeruisse illam perspicuum est, vt non exiguae per illam virtutes fiant, vt ciui vita hominibus innotescat, planumque fiat, quantum possit precibus efficere apud Deum: præscritum cùm virtutes & signa, que Dominus, prout fides pertinentium exigit, ad eius monumentum dignatur operari, veritati testimonium perhibeat: è quibus nonnulla referemus.

In Treuirense monasterio Abbatisa fuit, Modesta nomine, ab infantia sua Deo consecrata, & sanctissima Gertrudi virginis singulari amicitia deuincta. Multis quidem à se inuicem milliaribus corpore disiunctæ erant, at amor eas sibi mutuò præsentis semper exhibebat. Vnum enim Christi iugum ambæ ducebant, & sinceras mentibus Domino pari studio seruiebant. Post multum vero tēporis Modesta Abbatisa, cœnobij sui templo precandi animo ingressa, cùm se ante aram beatissimæ Mariae virginis prostrauisset, atque indè finita precatione, surrexisset, subito vidit ad dextrum altaris latus sanctam Gertrudem adstare eo in habitu, quo vt consueuerat, audiuit etiam illam sibi dicentem? Soror Modesta, nihil de huius visionis veritate ambigas, sed cerò noueris, me hodie migrasse è vita. Ego enim sum Gertrudis, quam summoperè amasti. His dicitis, ab eius oculis disparuit. At illa secum tacita cogitabat, quid sibi ea vellet visio: nihil tamen illo die cuiquam indicare voluit. Altera autem lincevenit ad monasterium eius Treuirense episcopus Clodulphus: ex quo illa inter alia percontabatur de S. Gertrudis, quo habitu vel forma corporis illa fuisset. Ille mox ordine exposuit & staturam corporis eius, & formæ elegantiam. Itaque ex eius verbis cognovit sacra virgo Modesta veram sibi oblatam fuisse visionem, atque ad Episcopum: Confiteor nunc tibi Domine Episcope, quod haec tenus celavi, reuelatum mihi esse, hesterna die hora quasi sexta ex hac luce illam abiisse. Episcopus diem & horam annotauit, & rem ita se habere, vt Abbatissa dixerat, comperit.

S. Gertrudis  
apparet Ab-  
batisa Tre-  
uirense.

Clodulphus  
Treuirense  
Episcopus.

Anno ab obitu sanctissimæ virginis Gertrudis decimo, in Niuellensi cœnobio ignem Igne extinti, tanta vi erupisse ferunt, vt nemo non desperaret illum à quoquam extingui posse. Christi gemitus S. Gertrudis. siquique ancillæ, que in eo degebant, extra murum ad loca vicina cōfugerant. Ille autem, cui monasterij cura demandata erat, repente oculos suos eleuans, vident S. Gertrudem stantem in suprema refectorij parte, ea forma & habitu, quo fuerat viuens, suoque velo à domo flammas abigentem. Quod vt vidit, non solum nihil perterritus est, sed multo etiam perfusus gaudio, hortabatur socios, vt constanter agerent: festinusque sursum

Cc 3 affcen-

ascendit, ut rei exitum spectaret: & ecce miro modo repente vident omne ab illo monasterio profligatum incendium.

Hæc summatim sunt redditia ob vitandam prolixitatē.

Miracula ad lectulum S. Gertrudis

Begga soror S. Gertrudis.

Nimium prolixii erimus, si omnia commemorare velimus, quæ ad eius sacras reliquias diuinitatis declarantur miracula. Satis itaque sit compendio dixisse, quotquot cum fide eius implorant patrocinia, eos omnes Dei benignitate indè in columnes redire. Ad lectulum quoque eius, in quo post longas vigilias & prolixas preces fessa membra nonnihil refouere solita erat, qui postea in S. Pauli ecclesiam transflatus est, permulta signa edita sunt. Cum autem post Vuifetrudem Agnes, quæ etiam fuerat S. Gertrudis alumna, Abbatissa locum obtinueret, & in S. Gertrudis honorem templum cōstruxisset, eiusque lectulum in illud intulisset, eadem nocte cum multa solennitate vigilias ibi celebrarunt sacræ virgines. expletisque nocturnis precibus, lampades omnes, demptis septem, quæ semper illuc ardebant, extinxerunt: & ecce manè illuc reuersæ, lampades extintæ ardentes viderunt. Quæ res mox longè lateque diuulgata est. Begga quoque venerabilis matrona, S. Gertrudis germana soror, monasterium construxit, petitiæ ab Agnete, quam diximus, Abbatissa & eius sororibus sacras virgines & reliquias, ut coptum posset opus absoluere. Dataque sunt ei sacræ reliquiae & libri sanctorum scripturarum, & ciudem habitus aliquot religiosæ sorores, quæ illuc monastica religio prima iacerent fundamenta. addita est etiam pars quædam lectuli eius, in quo S. Gertrudis soror eius, supremum Christo reddiderat spiritum. quem lectulum piissima Begga curauit reponi iuxta altare S. Genouefæ virginis, ad quem certè innumera facta sunt miracula, Christo glorificante sponsam suam, cui est cum Patre & Spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum, Amen.

DE S. ALEXANDRO EPISCOPO HIEROSOLYMITANO ET MARTYRE, EX ECCLESIASTICA Historia Eusebij lib. cap. 9. interprete Ioanne Christophorono Anglo.

Mattij 18.

De hoc Nar  
cilio vide  
Ecc. Hist.  
Eusebij lib.  
6. cap. 8. & 9.

S. Alexander fit Hierosolymæ episcopus,

Lib. 6. c. 32.



V M Narcissus non amplius propter ingrauescentem etatem ministerio præesse posset, Alexander alterius ecclesiæ Episcopus, diuina prouidentia per revelationem, quæ noctu ipso secundum quietem apparueret, ut cum Narcissus in ministerio ecclesiæ fungendo coniungeretur, acceritus est. Vnde Alexandrum, cum tanquam diuino quodam oraculo ex Cappadocum regione, ubi primum in episcopatus gradu fuisset locatus, Hierosolymam cum voti, tum locorum visendorum causa contenderet, illius ecclesia fratres cum excipiunt benignissime, & non amplius domum reuerti permittunt: idque propter aliam revelationem, ipsi itidem noctu visum: quæ quidem, voce euidentissima profusa, eis, qui erant inter illos ob virtutem spectatissimi, perpicue significauit, ut extra portas ciuitatis egressi, eum episcopum admitterent, qui ipsi à Deo anteā designatus erat. Quo ad hunc modum gesto, Hierosolymiani communis episcoporum consensu, qui finitimas ecclesiæ procurabant, necessario illum apud se manere coegerunt. Idem ipse Alexander in suis epistolis, quas ad Antinoitas scripsit, quæque adhuc apud nos extant, Narcissi collega fui in præfectura ecclesiæ Hierosolymitanæ gerenda mentionem facit, ista in extrema illa epistola ad verbum scribens: Salutavos Narcissius, qui hic ante me episcopatus locum occupauit, & centrum iam & sedecim annos prætergressus, mecum in eodem ministerio quorundam precibus coniunctus fuit: qui obsecrat vos, ut idem mecum seniat, eademque sitis voluntate.

Alexander Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopus in Palæstina rursus, ubi Cesareæ propter Christum præsidis tribunalistetisset, & magnam fuisset ex secunda fidei sua confessione commendationem adeptus, iam extrema senectute, & veneranda plane canicie eximius, carceris cruciatu denuò afflictus est. Quo quidem, post præclarum & illustre testimonium fidei Christianæ præsulsi tribunali datum, morte in carcere consopito, Mazabanes successor eius in episcopatu Hierosolymano declaratur.

VITA